

*Lettera patente di Carlo l'Illustre*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Lettera patente di Carlo l'Illustre*

1323-05-08

Carolus Illustris Hierusalem et Sicilie Regis Roberti Primogenitus Dux Calabrie ac eius Vicarius Generalis, Senescalcus Regni et Capitaneus Generalis Ducatus Calabrie, nec non Iustitarius, et Officialibus aliis tam Provincie Calabrie, quam Vallis Cratis, et Terre Iordane, fidelibus Paternis, et nostris salutem, et dilectionem sinceram.

Dominus Gulielmus de Sinopolo Iusticiarius Principatus Citra, Terras Montorii, Cambellanus, familiaris, et fidelis Paternus et noster, nobis nuper exposuit quod procedere de ordinatione nostra iussione diserta quod loca Provinciarum nostrarum in planitie posita ne paterentur insultibus hostium, reducerentur ad fortia (ipsis locis planis et debilibus omnino desertis). Vos vel alii vestrum ad executionem mandati nostri huiusmodi procedentes, Mottam Placanice sitam in dicta Provincia Calabrie, que satis defensibilis, et inespugnabilis noscitur, et cum munitione et fortificatione idem Dominus Gulielmus expendit, ut asseruit non modicam quantitatem, vultis, seu proposuistis iam omnino destrui facere, et ab incolis derelinqui, super quo nostra Provisione petita cum rebus sic se habentibus non est conveniens, reputemus vobis et cuilibet vestrorum presentiam tenore, iubemus expresse, quatenus tamen Mottam eandem compereritis fore munitam, et in loco non debili positam, sed ab incursibus hostium tutum presidio posse defendi, non iubeatis nec faciatis eandem ab incolis deseri memoratis, sed in suo statu manere sinatis eandem.

Adiicendo iubentes quod si locus fortis est ex munitione fortior ad pugnandum, et expugnandum ex ipsa provida dispositione secura. Datum Neapoli sub parvo sigillo nostro, die octava maii, sexte inditionis.